



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. III. Corollarium notatu dignum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

## DISPV TATIO QVINTA

76

denique fruitionis seu delectationis, est ipse habitus charitatis, non ut est principium amoris (sub hac enim ratione reperitur etiam in via) sed ut causans delectationem beatificam, quæ specie ab amore differt, & ut sic solum repertur in patria.

**15** Dices: Essentialis beatitudo consistit in operatione: Ergo ornamenta illius, qualia sunt dotes, in operatione, & non in habitu debent consistere. Consequens pater: operatio enim non dicitur cum proprietate ornari per habitus.

Confirmatur: Dotes matrimoniorum exornant, ut accidentia illius, & consequenter illud consummatum supponunt: At matrimonium consummatur essentialiter beatitudine consistente in actu: Ergo dotes non in habitibus, qui beatitudinem essentialiter præcedunt, sed in actibus illam consequentibus sunt constituenda.

**16** Ad instantiam respondeo, dotes esse ornamenta beati in concreto, non autem beatitudinis in abstracto; nisi ea ratione quæ dispositio a recedens vel concomitans formam, paret dici ornamentum illius: Beatus autem habitibus & actibus exornatur, illis ut dotibus, istis ut complemento dotum. Ex quo patet solutio ad confirmationem: dotes enim non tam matrimonium quam contrahentes exornare dicuntur.

§. III.

### Corollarium notatu dignum.

**17** EX dictis inferes contra aliquos ex nostris Thomistis, dotem comprehensionis, neque in relatione ad finem præsentem & habitum in voluntate existentem, neque in habitu charitatis consistere, sed in habitu luminis gloriae, ut tenente habitualiter visionem, quæ est tentio & comprehensionis actualis.

**18** Prima pars patet ex dictis: Nam ex D. Thomas supra ostendimus dotes esse habitus, qualitates, aut dispositiones: Sed comprehensionis veram habet rationem dotis: Ergo non in relatione, sed in habitu consistit.

Confirmatur: Comprehensionis est terminus infestationis spei, & illius imperfectionem excludens: At infestatio spei non est ad relationem, sed ad ejus fundamentum, per quod spei imperfessio excluditur: Ergo non in relatione, sed in aliquo relationem fundante debet consistere.

**19** Secunda pars suadetur: Comprehensionis idem est quod tentio & affectio: Sed a se & tenere objectum, non spectat ad voluntatem, quæ affectiva non est, ut docuit D. Thomas supra qu. 3. art. 4. Ergo comprehensionis est habitus luminis gloriae existens in intellectu, qui affectivus est, & veluti manus intellectualis animæ, quæ objecta tenet & apprehendit, ut disp. 3. art. 2. fusè expeditum.

§. IV.

### Solvuntur objectiones.

**20** Objicies primò: D. Thomas hic quæst. 4. art. 3. ad 2. ait: *Sicut ad voluntatem perrinet ipsæ & amor.... ita etiam comprehensionis & delectatio.* Et in resp. ad 3. *Comprehensione, inquit, non est aliqua operatio, præter visionem, sed quadam habitu ad finem habitum.* Ergo ex D. Thoma comprehensionis spectat ad voluntatem, nec est operatio, vel habitus, sed

A habitudo voluntatis ad finem jam habitu voluntatem, non elicitive, sed obiective & terminative, in quantum sumnum bonum, comprehendens per intellectum, est obiectum voluntatis, & finis seu terminus in quo voluntas quiescit.

Ad illud quod subditur, dicendum est comprehensionem importare prædictam relationem in voluntate, non ut constituentem dorem, sed ut quid consequitur ad illum: ex eo enim quod intellectus per lumen gloriae & beatitudinem visionem finem consequitur, resultat in voluntate relatio seu habitudo ad finem jam habitum, in quo tanquam in termino voluntas quiescit.

Objicies secundò: Visto & comprehensionis sunt dotes distinctæ: At visionis dotes consistit in lumine gloriae, ut habitualiter Deum vident: Ergo comprehensionis non in lumine, nec in alio quod ad intellectum, sed ad voluntatem spectante, debet consistere.

Respondeo prædictas dotes solum ratione distinguiri; ad quod sufficit quod lumen, ut dotes visionis, tendat ad Deum ut clare videndum, & correspondeat fidei; ut vero comprehensionis est, tendat ad Deum, ut voluntati tenendum & proponendum, & correspondat spei.

**C** Objici est tertio: Comprehensionis est terminus infestationis spei, ejus imperfectionem excludens: At lumen gloriae non est terminus infestationis spei, sed potius visus; cum per spem tendamus ad tenendum per habitum, sed per actum perfectè & consummate tenentem: Ergo dato quod dotes comprehensionis spei res ad intellectum, non in habitu luminis, sed in actu visionis deberet constitui.

Respondeo distinguendo Majorem: Est terminus infestationis spei, exornans & disponens animam ad conjunctionem cum Deo, concedo Majorem: terminus conjunctionis cum Deo, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: lumen gloriae non est terminus infestationis spei, actu conjunctionis cum Deo, concedo Minorem: exornans & disponens ad conjunctionem cum Deo, nego Minorem, & consequentiam, itaque per spem tendamus ad conjunctionem cum Deo, quæ sit per visionem, tendimus etiam ad ornatum animæ, illum ad prædictam conjunctionem disponentem; & hæc secunda tendentia tollitur per lumen gloriae, animam exornans & disponens ad auctiam cum Deo conjunctionem: dotes autem comprehensionis, non in actu conjunctione cum Deo, sed in ornamento anime ad illam disponentes, debet consistere, ut ex supra dictis patet.

### ARTICULUS II.

#### Quatuor dotes corporis gloriose explicantur.

**Q**uemadmodum in ingressu beatitudinis quæ anima desponsata Christo, & ad matrimonium, domum, & gremium sponsi, indissolubilis nexu ex tunc admissa, accipit tres dotes, scilicet visionem, comprehensionem, & fruitionem, ut articulo præcedentem ostensum est: ita corpus in resurrectione, quando animæ beatæ conjunctæ